

Ioannis Iouiani Pontani poetae amoenissimi de
laudibus diuinis Libellus optimus.

Ioannis Salmonii Macrini Aquitani Sylua
Cui Titulus Soter.



Venundantur in ædibus Ascensianis.

Io. Salmonius Macrinus Candido Re-
migio Ruffo amico integerrimo. S. D.
Et tua in me liberalitas, & summa in omnes bonarum literarum studiosos observantia, impulerunt ut hos Poranilusus tibi dicarē. Nam cum me tam sedulo meritis prope quotidianis adobruas ēt, nedum exornes: & beneficiorum magnitudinem in eam satisfaciendi desperationem venire cogas: ut sit aut fortunis omnibus cedendum: aut (quod abominor) ingratitude labes subeunda: malo equidem ut me a tam tetro tamque illiberali dehonestamento nonnullis grati animi testimoniis vindicem: versuram etiam facere: ut saltem scias non tam satisfaciendi voluntatem quam facultatem mihi defuisse. Offero igitur tibi Iouiani opusculum: doctum illud quidem quodammodo per innumera ab eadem officia pridem emanarunt: sed nunquam in hac cisalpia Gallia ipsi, cuius lectio si te delectari vel minimis argumentis olfecero: dabo operam ut alia eiusdem poetam monumenta propediex excudant. Ceterum libello ciuitate recens dato adiunximus comitem vermaculum necubi locorum ignorantia oberraret: & quotammodo more inoffense loca percurreret omnia. Comes ipse & quia Gallus ē: & quia Parisius educatus, vias & angiporibus probe cognouit: cetera quidem ipsi Porano dissimilis: nec opinor dedecabit cum proferti comitatus non sodalitatis nomen profiteatur. In summa quicquid frugis (si quid modo frugis afferre potest) ex hac nostra lucubratiuncula ioriet tibi dicam: ut hoc veluti placamentum sedat: ego autem iustam expectes satisfactionem.

Vale.

Io. Iouiani de mundi creatione.

Ioannis Iouiani Pontani de laudibus di-
uinis libellus.

De mundi creatione ad Antonium
Panormitam.



Hoc cælum: quæq; obliquo di-
stincta meatu
Sed certa ferri sydera lege vi-
des:
Telluremque suo libratam pon-

dere: circum

Quã cingit rapidis Ennosigeus aquis:

Spirantisque auium tractus: fusumque superne

Qui cuncta ætherio temperat orbe Iouem:

Antoni deus e nihilo: deus omnia fecit:

Et formã rebus iussit adesse suam.

Ipse sua voluit cælum splendescere luce:

Et terras cæcæ noctis habere vicem.

Accendique diem claro de lumine solis:

Solis & auratum mane redire iubar.

Alternisque atræ lucem concedere nocti:

Temporaque hinc spatiis ire coacta suis.

Io. Iouiani Pontani

Bissenisq; vagum compleuit mensibus annum:

Vt tamen in parteis quattuor omnis eat.

Nāq; vbi sol nostro languens sese eripit orbis:

Frigidaq; hibernis terra madescit aquis:

Sæuit hyems icana gelu: riget horrida bruma:

Tum tellus foetu concipit aucta suo.

Ast vbi vicinos sol ipse recurrit ad ortus:

Excursu & parili noxq; diesq; ruunt:

Terra suas ostentat opes: & diuite gemma

Vestit pampineas vitis opaca comas.

Ludit & in pratis varium ver: ludit & æstas

Torrida: & ipsa suas sedula curat opes.

Hæc frumēta manu legit: hæc & i horrea cōdit:

Quæ mox versa rotis parca colona terat.

Hinc cedente die: longe & crescētib; umbris:

Autumnus pleno fert sua poma sinu:

Ac Bacchum plenis docet expumare lacunis:

Sordida dum celeri sub pede musta fluunt.

Sic statuit pater ipse hominū: rerūq; creator:

Annua perpetuas munera obire vices.

De mundi creatiōe Libellus.

Quinetiam spirare suis de partibus orbis

Ventos: & patriis nomen habere locis.

Nāq̃ ab hyperboreis Aglo volat ipiger antris:

Excitat oppositas humidus auster aquas.

Eos ciet Eurus equos: at mitis ab orbe

Hesperio zephyrus lenia flabra mouet.

Idem etiam occultos alta ad conuexa vapores

Sustulit: ac terræ vertit in auxilium.

Vnde cadunt himbres: & matutina pruina:

Et grato sitiens rore madescit humus.

An non & summo decurrunt vertice riui:

Et caua muscosis fontibus antra sonant?

Vnde sitim pecudesq̃: fereq̃: armenta q̃ sedent:

Temperet & rigui carula lymp̃ha solum.

Quando aer quoq̃ nimboris inclusus in antris

Cogitur in laticem frigore: & inde fluit.

Nequa igit mundi regio vacet: implet & vndas

Piscibus: ii campo liberiore natant:

Ac gregibus variis ingentia regna frequentat

Nullaq̃ squamigera gente lacuna caret.

Io. Iouiani Pontani

Alitibusq; auras celebrat: quibus indit & alas

Et corpus penna versicolore tegit.

Induit & virides frondenti gramine colles:

Et nemora arboreis velat opaca comis.

Communē & statuit victū e felicibus agris:

Pomaq; frugiferis ducit ab arboribus.

Quo varios vsus hominī: pecorīq; auibusq;

Præstent: ac vitæ munera certa ferant.

Et iam quadrupedes fœtus: obnoxia morti

Corpora: plumosos edideratq; greges.

Tum deus humanos effingere molliter artus,

Membraq; de tenui ducere coepit humo,

Cunctaq; formarat studio perfecta magistro:

Quæq; artem referant: artificēq; suum.

Mox auram ætherio de fomite fundit in illum:

Vive ait: & proprio membra labore foue.

Arcanę mox partem animæ de mente profunda

Libat: & erecti spirat in ora viri.

Dux ait hæc hominū generi sit: & ipsa magistra:

Et sua constituent hac duce: seq; regant.

De infideli creatione Libellus.

Hac validas ponant vrbes: hac iura notarint:

Hac coetus pariter: iustitiâq; colant.

Coniugiū ac thalamos discāt ratione magistra

Seruare: & casta relligione focos:

Atq; arteis tractare bonas: & munera coelo

Digna: & qui factis nomen ad astra ferant.

At postq̃ immemores recti: cœlestia dona

Vertere in facinus: perniciemq; suam:

Immemoresq; boni: sprete pietate: fideq;

Admorunt proprias in sua fata manus:

Grassati & patriū in iugulum: cedesq; suorum

Miscuerunt stygio pocula tincta lacu:

Inq; virum sæuit coniux: in pignora mater:

Proh scelus: ac miscet phasq; nephasq; furor:

Hæc pater vt celsa miserans prospexit ab arce:

Sisteret vt sceleri criminibusq; modum:

Progeniem in terras summo demisit olympo

Quæq; hominis gereret munia: quæq; deis:

Hæc cœli secreta: & inenarrabile patris

Consiliū explicuit: quæ bona: quæve mala:

Ic. Iouiani Pontani

Quæ vitanda hominib: quæ vitæ forma sequenda:
Quæq; bonos maneat præmia: q; malos.
Deniq; mortē obiit: vitæ dū consulit ipsi:
Atq; suo in cœlum sanguine fecit iter.
Quo magis admiranda dei clemētia summa est:
Cui fumet quicquid terra sabæa ferat:
Quicqd arabs. date thura focis: costūq; cremate
Et date cū multa thurea dona prece.
Pieriosq; adhibete modos: & carmina: dignū est
Antoni: quæ te gloria prima manet.
Hybleo cui rore madent & labra: cui amnis
Castalius pleno gurgite fundit aquas:
Nyseiq; herent insigni fronte corymbi:
Et coma pieria fronde reuincta vires.
Felicēq; animum pascis pietate: indeq;
Nilq; tibi vera est religione prius.
Quodq; decet bona cuncta deo: iustūq; piumq;
Ascribis: nostræ sed mala nequitia.

Hymnus ad diuam
Mariam.

Hymnus ad diuam Virginem.



Vísqs ades: dic lēta dīes hīc fest⁹ agat:

In lucē quī te diua Maria dedit.

Luce sacra ponant venti: mītescat & aer:

Aequoraq; irato murmure nulla sonent.

Pacē agitent elemēta: iubet deus. o mīhi dulcis

Gratia laudandæ sis comes ipsa deæ.

Sis aurora comes sacrae prænuncia lucis

Præferat & roseas Lucifer ipse faces.

Tu tyrios redimite sinus: tu magne sacerdos

Sacra cane: & sacris ora resolue modis.

Et pius assistat circum chorus: & bona dicat

In numerum sancto verba canenda die.

Ipse ego quod possum tantī Natalis honores

Voce feram: & patrio carmine digna canam.

Te nascente: hominū melius nīl secla tulere:

Vt nato maius nīl peperere tuo.

Quaq; die genita es: lux illa candida primum

Fulsit: & e tenebris clara refulsit humus.

Tunc magni concepta dei: secretaq; pandi

Cœpere: & vatum certior esse fides.

Io. Iouiani Pontani

Tunc laxa patuere fores: tunc limen olympi
Panditur: & coeli libera facta via est.
Interdicta prius: q̃ summi edicta tonantis
Spreuerit anguineo foemina virq̃ dolo.
Salue sancta parens Christi: salue inclyta virgo:
Vnica sollicitis spesq̃: salusq̃ reis.
Tu miseris rapido iactatis æquore nautis:
Ecce lo aspirans aura vocata venis.
Tu pressis longo populis belloq̃: fameq̃:
Prospicis: & pacis dona benigna refers.
Tu fessis tranquilla quies: gratumq̃ dolenti
Solamen: teq̃ est auspice triste nihil.
Per sacros vteri foetus: castumq̃ cubile:
Perq̃ dei Genius quæ tulit ore tibi:
Perq̃ dulces nati lusus: pueriliq̃ ora:
Perq̃ sinus: e queis lac deus ipse bibit:
Per te quæ solita es vota exaudire precantum
Te rogo: per nomen casta puella tuum.
Da pacem dea: da fessæ requiescere gentis
Et nos a saeuis eripe turbinibus.

Hymnus ad diuū Ioannē Baptistā.

Hymnus ad Diuum Ioannem
Baptistam.

Elicē: quē prima nouo te lumine vidit
Nascentē eoīs fluctibus orta dies.

Felicē: q̄cūq; tibi dedit hubera nutritrix:

Et qua replesti: terra beata: puer.

Quiq; tuos primi monitus hausere loquentis:

Et quorum infuso corpora rore lauas:

Sed longe ante omnes fortunatissima mater:

Et quo nec toto est maior in orbe parens.

Nā quid ego de te primū mirerve canāve!

Qui ue meo fuerit primus in ore sonus!

An q; diuinos partus: Christūq; canebas:

Quiq; deo esset honos: quaq; paranda via!

An q; felicem terris agnūq; hominēq;

Atq; salutiferum dicis adesse deum!

Vel q; Iordanis dominū lauis amne beato:

Fluxit & e manibus mystica lympa tuis!

Hoc ego de te ausim proles diuina Ioannes

Quod tibi veridico prastitit ore deus:

Io. Iouiani Pontani

Fœmineo neq; conceptu neq; matrís ab aluo

Maïorem tete secla tulisse virum.

Tu nobis ades o homíní princepsq; paterq;

O qui rore tuo crimína nostra lauas.

¶ Hymnus ad vírginem dei matrem.



Væ tellus extrema tuos sol exerit ort?
Quę regit occasus vltima terra tuos
Qui rhenũ: p̄rięq; bibũt Męotidis vn-
Phœbeĩsq; vrit quos plaga fusca rotis. Cđã:
Te cuncti regína deum metuuntq; coluntq;
Et celebrant nomen díua María tuum.
Te vasti metuunt fluctus: te nubíla cœlí:
Aeolĩq; etiã carceris antra timent.
Te nascente díe: te sol dum conditur vndis:
Omnia te meritis laudibus accumulãt.
Nãq; tibi secreta dei mandata per auras:
Candidus augusto nunciũ ore tulit.
Progeniẽq; deum cœlesti concipis ortu:
Conceptum & nono sydere vírgo paris.

In diuam Virginem Hymnus.

Cuiq; sacri reges coeli noua signa secuti

Aurum & panchæo munera odore ferunt.

Atq; vbi nostra, sua deleuit crimina morte:

Et moestam infonti sanguine tinxit humū:

Vidisti e tumulo mira prodisse figura:

Veraq; pacifero verba referre sono.

Scandentēq; patris mox ad coelestia recta

Sublimem: & dextra parte sedere deum.

Tum sacer e summa diffusus spiritus arce est:

Et tua diuinus corda repleuit amor.

Hinc terris erepra tuis ascendis olympum

Aurea sydereo vertice serra gerens.

Cui liquidi circum cantus: thyasq; deorum:

Et sonat aurato pectine pulsa chelys.

Fatidici occurrūt vates: castiq; parentes.

Et tibi tum coeli regia tota vacat.

Ipsa patris: natiq; sinu gestata corusco

Inter mille deum numina: prima micās.

Qualis vbi oceani nitidum iubar extulit vndis

Inter sydereos candida luna choros.

Io. Iouiani Pontani

Iam coelum sublime patet: iam despicias æthram;
Lucida sub pedibus sydera cuncta premens:
Stellantis cū iura capis consortia mundi:
Et datur humani cura patrociniū:
Conciliaſq; deum nobis: facileq; precādo
Efficis: & populis proſpicias vſq; tuis.
Proſpicias & pacis rebus: rerſq; quieti:
Ac mala in aerios cogis abire notos.

Hymnus ad diuam Mariam.



ſa meis aſſis numeris dea: nec tibi ſe-
ſto

Quędamus: hæc ſpernas munera pua dię.
Parua mouēt ſuperos dū ſint & caſta: moueri
Ipsa docent aris pendula dona tuis.
Dum canimus: fument ſyrías altaria flammas:
Atq; cauo reſonet tibia multa tholo.
Iam noua progenies cœlo ventura ſupremo
Legerat ipſa vterū virgo pudica tuū.
Ergo alto delapſa polo vox nuncia, caſtos
Fœcundatq; ſinus: inſinuatq; deum.

Hymnus ad diuam Virginem.

Et quem nō spatii immensus colligit ether:

Non totum cœli circuire nouem:

Hunc tu virginea cōceptū mater in aluo

Fouisti: externo post paritura solo.

Non tyrio subnisa thoro: sponda ve nitenti:

Cui tenue hospitium vix casa parua dedit.

Cui stramē tenero dedit incunabula: & ipsa

Arida vix primos prębuit herba thoros.

At cœli partū ingentē: atq; ingentia mundi

Pignora monstrarunt sydera luce noua.

Luce noua emicuit cœli decus: aurea flauo

Aurora insolitum fudit ab axe diem.

Quin matutini sonuere per aera cantus:

Duxerunt placidos numina & ipsa choros.

Astabant natū circa matrēq; ministri

Et nato & matri sedula turba fauet.

Illā plus solito fulserūt sydera nocte:

Splenduit & solito clarior orbe dies.

Nō pelago incūbunt venti: nō aere nubes:

Pax cœlo est: terris pax quoq; paxq; mari est:

Io. Iouiani Pontani

Ipse etiam infernis letatae sedibus umbræ:

Quique pii vates hac fore prodiderant.

Per te igitur diuina parens: humana salutē

Senferunt: per te ianua aperta poli est.

Affari & coram licuit dominique deumque:

Atque subisse hominis membra videre deū.

O voti spes vna pii: so dulce leuamen:

Præsidium & miseris diua Maria reis.

In cuius gremio vagiuit paruulus infans:

Arrisitque pio dulcis in ore deus.

Blandaque materno suspendit brachia collo:

Figens diuinis oscula sacra genis.

Et modo carpebat nitidis alimenta papillis:

Infantiq; tuum lac bibit ore deus.

Et modo blanditias puerili expresserat ore

Inque sinu grata membra quiete leuat.

Tu pia: tu virgo non ulli obnoxia culpæ:

Non ullum casto pectore crimen habes.

Ergo tu præsens nostris succurre periclis:

Subsidium & fessis prospera rebus ades.

Hymnus ad diuum Franciscum.

Det pacem: mala cūcta procul: morbosq; famēq;
Pellat: & hostiles det superare manus.

Hymnus ad diuum Franciscum.



Imbofo quīsq; speculās de monte sacer
dos,

Francisci felix rura, nemusq; tenes:
Diuinūq; colis tam sancti carceris antrū:
Paruaq; ab ingenti tecta habitata viro.
Hic vbi nudus: inops: saxo vix tectus adesto
Hiberno statuit sub ioue ferre niues:
Humana expertus quantū patientia posset:
Duraq; paupertas: propositūq; tenax.
Atq; inter syluas: atq; inter lustra ferarum
Efferret nomē maxime Chrīste tuum.
Cum volucres cīnxere virū: pia verba sonantē:
Aurita ante pedes & stupuere feræ:
Huc aures aduerte: neq; hec mea dicta sacerdos
Despice: veridica quę tibi mente feram.
Non auro splendente domus: gēmīsq; supba:
Nec quę puniceo lana colore rubet:

Io. Iouiani Pontani

Non centum versata iugis felicia campi
Iugera: nec cretum palmite diues ager:
Aut gregis innumeris foetus: aut merce sabæa
Niliaco rediens littore plena raris.
Nec tam quesiti multo sudore triumphis:
Subditaq; imperiis oppida mille tuis.
Felicem efficiunt: quis numerosa parentem
Stirps obeat: plenas exhilaretq; domos.
O letæ: & sanæ paupertas conscia mentis:
Paupertas fortis regna decusq; viros:
Qua vel Achemenios lux: regnūq; Phrahartis:
Exuperat vestri gloria magna patris.
Cui saui cessere ignes: victusq; refugit:
Qui capit assiduo pectora nostra dolo.
Scilicet & fraudes: & noxia crimina vicit:
Eiecitq; animo turpe nefasq; suo.
Qui variis mandata dei virtutibus implens
Inclyta militiæ signa decusq; ferat:
Labentemq; aciem Christi: pietate: fideq;
Sistat: & hostiles ense refringat opes.

Hymnus ad diuū Dominicū.

Salue igitur patrięq; parēs:duxq; optime gētis:

Quæ sacra pro Christi nomine, bella gerit.

Macte animo Francisce:grauē q prim⁹ in hostē

Irruīs:& Christi munera victor obis.

Vulnera Iudaico quī quondam illata furore

Excipis:& precium est hoc tibi dulce datum.

Hæc gestata tibi sunt laurea ferta triumpho:

Hæc spolia: hæc gentes: hæc tibi currus eūt.

Desino:nam leuius Libycę numerentur arena:

Ocyus & medio quæ salit alga mari.

Hymnus ad Diuū Dominicum.

Soloritur:venit ecce dies:cape thura
sacerdos

Cultaq; diuino carmine templa sonent.

Araq; tyrrheno niteat vestita paratu:

Fumet odorato myrrhaq; thusq; foco.

Vos castas adhibete preces:nam castus & ipse

Dominicus:casto sint sacra casta viro.

In quo num pietas:an iustę conscia mentis

Simplicitas: dubiū est:sit prior an ne fides:

Io. Iouiani Pontani

Cuius inhæserunt humeris labentia Petri

Culmina: & immoto corpore sistit opus.

Optimus assertor Christi: sed quo neq; maius

Hesperia: aut melius Corduba docta dedit.

Ac veluti numero stellas comprehendere non est:

Quantaq; in oceanî littore arena iacet:

Sic neq; Dominici laudes æquare canendo:

Concipere humano nec queat ore sonus.

Hymnus de Christo ad Paridē
Ferrariensem.



Qvod varios pelagi casus: celiq; pcellas

Exuperas: nantiq; data terra tibi est:

Oceaniq; minas: & saeva picula vincis:

Ac sospes patrio redderis Eridano:

Hac Pari nō ars ipsa hominū aut solertia pstat:

Non laborat summi cura paterna dei.

Quantula em̄ nostra est industria! cede periclis:

Cede mari: Christi nī pia dextra iuuert.

Ille regit nostros cursus: auramq; ministrat:

Sollicitęq; offert littora tuta rati.

Hymnus de Christo. Et Trophæi.

Quare age thure pio: flāmisq; liquentibus aras

Ipse adole: & plena fumet acerra manu.

Adstet conspicuus Tyrrena in veste sacerdos:

Et peragat patriis mystica sacra modis.

Pax homini: tibi Christe decus: tibi gloria soli:

Vera dei proles: verus & ipse deus.

Te colimus: tibi diuinos largimur honores:

Et nomen felix ducimus esse tuum.

Tu casus: tu damna leuas. tibi munera terræ:

Et tibi se fontes: se tibi debet aqua.

His igitur placare deum: superosq; memento:

Et sua cum pura soluere vota prece.

Nil auro diuis opus est: sed mente: fideq;

Hæc nos vna homini copulat: illa deo.

Alphonfus Calabriæ dux diuo Georgio Tro
phæū erigit: ob supatos ad Hydruntē Turcas.



Actibi capta manu Turca: o ex hoste

Georgi

Dedicat Alphonfus: q; tibi vota refert:

Arcūq; & pharetras: ferrato & pondere clauas:

Ensesq; & clypeos: telaq; abacta viris:

Io. Iouiani Pontani

Accipe bellorum deus: armorumq; magister

Annua quæ aurato munere persoluam.

Idem Alfonsus: ob recuperatum regnum

Neapolitanum ac rebus procerū cōpositis.

Alfonsus dicat hæc victor tibi diue Georgi:

Qz patri: & patriæ libera iura refert.

Qz post cōpositos proceres: q; pace recepta

Et regni: & patrię munera constituit.

Ad amicos Hierosolymā
proficiscentes.



Ec mihi Iudeas vrbeis: solymūq; rcessū:

Nec spes Bethlemiū ē posse videre la

Queq; meo prima est aīo mētīq; voluptas: (rē.

Turcaico certe est omnis adempta metu.

Qđ possum: cū prima nouo se lumine tollit

Aurora: & terras detegit orta dies:

Tum lucem: lucisq; iubar: solēq; saluto:

Hæc loca quæ curru lustrat obitq; suo.

Illius & radios veneror: qui rura nemusq;

Et fontem Christi: dulciāq; arua vident:

Carmen ad amicos.

Felicemq; locum: iacuit quo rector olympi:

Et quã diuino sanguine tinxit humum.

Hic vbi crudeli traiectus brachia ferro est:

Fixit & immeritos cuspis adacta pedes.

Hausit & immeritum latus heu ferratile telus.]

Diluit & fusus crimina nostra cruor.

At vobis qui longa viri tranare paratis

Aequora: & in phariis sistere vela vadis:

Dirigat audacẽ cursum: zephyrosq; ministret

Christus: cui parent sydera: terra: fretũ.

Victoresq; palestina vos sistat in arce

Et patrium redigat sub ditione solum.

Tunc ego sydereosq; duces: victriciaq; arma:

Et parata insigni laude trophæa canam.

Ipse deus mihi carmen erit: deus inclya ducet

Signa: & cedentes proteret ense globos.

Ipse alto inuectus curru: sternetq; ruetq;

Dum cadat effosso flens Saladinus equo.

Hec ego: vos agite ite viri: pugnate frequentes:

Et spolia Assyrio ex hoste referte domũ.

Io. Iouianí Pontaní

CHymnus ad diuū Aureliū Augustínū.



Et monstra infelix tellus Massyla: det
angues:

Et Libycas pariat punica terra leas.
Arescant: sitiente solo Nasamonica tesqua:

Funditet & nullas gleba Libyftis aquas.
Dū tamen Augustine tuos non deneget ortus:
Lata sit & partu Cinyphis ora tuo.

Vnde illi inuideant & felix Lydia: & arua
Quæ rigat auriferis lucidus Hermus aquis.
Inuideat latis audax Germania terris:

Diues aquis: populis diues & ipsa suis.
Nil etenī Augustine tulit tete Aphrica maius:

Cuius ab ingenio creuerit alma fides.
Per te religio Christi stetit integra: per te
Diuinæ legis mystica operta patent.

Tu secreta dei pandis: tu tradita patrum:
Et verum: & pietas manat ab ore tuo.

Et pater: & patrie princeps: & maxime rector:
Accipias voces diue benigne meas.

In diuū Benedīctum Hymnus.

¶ Hymnus ad diuū Benedīctum.

BVc ades: o Benedīcte: meos neu despī
ce cantus:

Huc ades Orpheia diue canende lyra.

Vre puer Costum Assyrium redolentibus aris:

Vre & odoratis plurima thura focis.

Digne senex populi precibus: votisq; potentis:

Digne senex: aræ cui sacra mille parent.

Mille canāt pater euge pater Benedīcte: tibi ois

Turba chorusq; omnis cantitet euge pater.

Hic vel mille aras tibi maxime Chrīste dicauit

Mille arces: mille & moenia: mille tholos.

Primus & hic Italæ posuit sacraria genti:

Et clausit sacros moenia in vna choros.

Hinc & sauities concessit barbara: & hostis

Armatus miti victus ab ore viri est.

Totq; virum ductor: & tantis inclytus actis

Prostratus geminos corruit ante pedes:

Quid maius radians vidit sol! & tibi plausit

Christus: & e coelo nuncia signa dedit.

Io. Iouiani Pontani Finis.

Instaura iam thura puer: cane sancte sacerdos:

Ingeminent laudes tympana pulsa nouas.

Finis libelli de laudibus diuinis
a Iouiano Pontano compositi.

Georgii Hercici Malingrii
Carmen adlectorem.



Thnica si laudas vatū monimenta
priorum

Q² tereti ductu cōtinuata fluāt.

Iustius o quantum potes hūc efferre libellum:

Et dignum studiis vsq; putare tuis.

Nam cū floridulus musisq; excultus amoenis:

De latia multum proprietate ferat:

Res etiam æthereas & cedro digna recenset:

Nec magis eloquio q̃ pietate iuuat.

Proinde relegatis vīgīl hunc amplectere nugis

Et duplici mentem cognitione foue.

Ioannis Salmonii Macripini Aquitani
Sylua cui titulus Soter.



Rbiter omnipotens rerū post
mille figuras

Quas coeleste solum stellis ar
dentibus aptum:

Nubificusq; aer: quas & berecynthia mater:

Ceruleis necnon habet Ennosigæus in vndis:

Prima Damasceno formarat corpora limo:

Et dederat seclis patrem nascentibus illum:

Cuius ab antiqua mortalis origine sanguis

Effluxit terras late dispersus in omnes.

Hunc mox purpureis zephyrao flamine cāpis

Intulerat roseos phœbi exorientis ad ortus:

Atq; viro ostentans foecundo vberima cornu

Gaudia: frugiferae dederat commercia terræ.

Sola illi totos erat interdicta per agros

Arbor odoratis longe pulcherrima ramis:

Cuius flaua leui crepitabat bractea vento.

Io. Salmonii Macrinii.

Et reliquas inter frondosa cacumina tollens
Celsior: omne nemus natio ornabat honore.
Qualis in hesperidum felicibus aurea terris
Sublimisque euecta comas maurusia pomus:
Pandeat colubro fulvis custode, metallum.
Consort de erat adhuc: nec erat sat plena volu-
Si tanta solus per in ditioe maneret. (ptas:
Hanc deus e costa niveo candore decoram:
Luminibus glaucis: flauoque a vertice crine:
Traxit: & Adami thalamis permisit habendam.
Quicum felices ageret concorditer annos:
Florentesque locos numerosa prole replet:
Perpetua pulchre fruiturus sorte iuuentem.
Continuo princeps barathri possessor operti:
Liuoris scelerumque parens: de vertice summo
Aetheris infanda prius ambitione repulsus:
Hac ubi rescivit: saltus & amoena vireta
Fortunatorum nemorum: sedisque beatae
Invidet: hicque diu non sustinet esse colonos:
Innatque siquidem fraudis munimine fretus:

SOTER.

Squamosumq; truncq; vaser circūduīt anguē:
 Arboris & veritę frondes euectus in altas
 Longa volubilibus circūdat robora gyris:
 Exertatq; caput ramos super: inde cruentū
 Sibilat: & linguis dirū micat ore trifulcis.
 Mox hylarē appellās & nīl sibi tale timentē
 Blandior oblatīs (heu crimē) fructibus Aeuam:
 Subdola blandicæ depromit toxica linguæ:
 Incautāq; dolis trahit in sua rētia fictis:
 Plurima confundens furtim mendaciā veris.
 Illa refragatur primo: tantūq; veretur
 Aggressura nephas ne fors succenseat æther.
 At tandem blanda colubri demulcta loquela,
 Paruit: & sacros decerpens arbore fructus
 Morfibus: atq; adeo dulci arridente sapore:
 Transiliit misere summi mādata tonātis.
 Nec tñ esset adhuc res cōclamata: sed anguis
 Hortatu illa suū pellax aggressa maritum
 Illecebra & vanis cogit succūbere dictis.
 Heu fuge blanditias: caue noxia verba loquētis:

Et conferre pedem: & voces haurire dolosas.
In pœnam ne tuos iuuat insertare nepotes?
Humanum ne grauare genus: legit arbore: lectū
Sauciat: infaulte victus sermone marite.
Oh quantū hora breuis nocuit mortalibus: illū
In genus humanum morti via facta sapore.
Multiplīces illis pestes de fontibus ortæ
Inuadunt miserum facto velut agmine mundū.
Hinc peliuis amor scelerū: fraudesq; nephāde:
Furtaq; & insidię: cedes: & multa laborum
Congeries: rutilo cæli quā lapsa theatro
Intulit in terras auibus Pandora sinistris.
Aerūnæ hæc quota pars: stellati limē olympi
Dura adamāteis clausere repagula vinclis
Quæq; prius nulli via non oblata fuisset
Ad loca gēnātis fortunatissima regni:
Coepit inaccessis densari & tristibus vmbis.
Et stygii proceres: erebiq; exercitus omnis
Adami exuuiis prædisq; recētibus aucti:
Multa triūphato fixerūt orbe trophæa.

SOTER.

Nāq̃ Charon remis subigens contiq̃ carinā:
 Itq̃ reditq̃ frequens lethæaq̃ flumina tranat
 Improbus & nigra transuectat corpora cymba.
 Nec modus est spoliis: donec de vertice cœli
 Respiciens mortale genus: terrasq̃ iacētes:
 Indoluit rex altitonans phlegethontide rīpa
 Vnius ob noxā mīseros lugere nepotes:
 Sæuaq̃ lethææ ludibria ferre cateruē.
 Quocirca rutilonatū demittere cœlo
 Destināt in terras: cuius victoriā limen
 Clara cathenatum clausi referaret olympis:
 Et cito damnosi vanesceret orbita mali:
 Lustrali discussa vado lymphaq̃ salubri.
 Formosam elegit Mariā Dauidis abortu
 Et reges proauos & stēmata longa trahentem.
 Inter idumēas Galileiadasq̃ puellas
 Quas cupressifera Iordanis ludere rīpa
 Cernit pp̃ aquas: aut quas iuga summa Syonis:
 Non fuit æqualis: formæ seu munera pensēs:
 Seu pietatis opus: niueo natat ignis in ore

Io. Salmonii Macrini.

Vividus: auratisq; micat frons lactea cinnis.
Aemula syderibus diuinā lumina flammā
Emittunt: mēbris haret decor omnibus idem:
Ut merito credas hanc coelitus exornatā.
Qualis mygdonio surgens aurora cubili
Pallida flāmiferis obnubilat ignibus astra:
Cum discussa comā: roseosq; exerta lacertos:
Gemmatis indo deducit ab orbe iugales:
Atq; equitans sudū pictis secat aera bigis:
Roscida punicea detergens tempora dextra:
Talis erat vario seu texeret ordine telā
Līnea palladia decurrens stamīna trama.
Seu zonam insigniret acu: sacrisq; dicandas
Aedibus assyrio properaret pectine vestes.
Debīta seu superū faciens solennia Regi
Thuricrema cumulatim aras suffiret acerra.
Quid referā quanto patres arderet amore!
Qz sincera fides! & quanta modestia vita!
Castisquātus honor thalamis: qppe illa tonāti
Virgineos nunq̃ nuptura sponderat annos.

SOTER.

His meruit titulis sexu non tacta virili
 Filia ferre patrem: genitrix (mirabile) natū.
 Lapsus ab ætherea pernix Archangelus aula
 Iussa ferens: sanctū Mariæ conclaue subintrat:
 Contractosq; lares: vbi pernox, per diā, coelum
 Supplicibus votis ferit ambītiosa: legiq;
 Fatiloquos monitus hebreāq; carmina vatū.
 Cūq; hæc scripta pii vatis præfaga teneret
 Ecce viri virgo nullo de semine partū
 Edet: & humana ex illo squalere propages
 Desinet: hæc penitus meditantī & fixa tuenti
 Improuisus adest Archangelus: ilicet almū
 Illud aue & cœli referens mandata coruscī.
 Talibus obstupuit primū virgūcula dictis:
 Et turbata animo est: & scite audita volutat.
 Mox vbi collegit sese sic fata: futuræ
 Prolis: habendorūq; abieci vota nepotum.
 Atq; viri tactum: legesq; exosa maritas
 Virgineā superis promissi ducere vitam.
 At tu sydereā cœli delapsus ab arce

Io. Salmonii Macrini

Prorsum iussa refers nostris contraria votis?
Qui simul & genitrix & virgo manere potis sū:
Hoc natura vetat: matris mihi nomina defers:
Malo pudicitiam. respondet olympicus auspex:
Ne timeas nymphe: pleno modo gratia cornu
In te descendet diuinitus: & tibi iuxta
Virginitatis honos: fecundę & gloria matris:
Flaminis auspicio sacri. quid summa potestas
Designare nequit? sterilis concepit, & annos
Prætergressa habiles foetu cognata ferundo est:
Quæq; prius tristis modo læta puerpera fiet:
Exuet & veterem sublato pignore labem.
Credidit his inducta modis sanctissima virgo:
Diaq; responsis famularibus ora reclusit.
Ecce ancilla deū: quęcūq; vocarit in vsum:
Obsequor en iussis: fiat velut ipse profaris.
Vixdum finierat. supera Paracletus ab arce
Labitur in nympham: synceraq; viscera sacro
Imbre rigat: tumuere sinus: fecundaq; vero
Virgo deo: æthereæ sensit miracula dextræ.

SOTER.

Iam foetura suos compleuerat aurea menses:
 Et matura aderat partu lucina secundo:
 Fleteret immanes rerū cum Cæsar habenas
 Augustus: victorq; solum ditione teneret.
 Ille per immensi spatium (seu gloria calcar
 Seu moderamen erat) legē inuulgauerat: orbis
 Edere qua populis patriam nomenq; iubebat.
 Obsequitur iussis æui maturus Ioseph
 Bethlemiasq; petit grauida cum cōiuge terras.
 Sed quoniam parua externo differta popello
 Vrbs erat: hospitiis nemo dignatus: ibi ille
 Consorti metuens nūc huc nunc cursitat illuc
 Anxius & tacito premit altum corde dolorem:
 Dulciaq; impendit mœstę solatia Nymphę.
 Omnia rīanti tandem hospitiūq; roganti
 Nunc prece nūc precio scopulis offertur adesis
 Exilis tege: infractis circūdata muris.
 Commoditate loci multum lætatus Ioseph:
 Consuluitq; boni: quis nec postibus vllis
 Nec foribus densisve foret casa fulta columnis.

Io. Salmonii Macrinii

Illic Parthenice cum iam temone citato
Conficeret medios argentea Cynthia cursus:
Astrag; suaderent dulces labentia somnos
Accliuem ad scopulū regem cōnixa supmū est.
Omnia torquentem: nimirum prospera mater.
Prospera tu mater magis: an puer aureus ille?
Aureus ille puer, sed tu quoq; prospera mater.
O quantū terris illa indole spondet olympus:
Et generi sperare licet: quantum instar in illo
Patris: & æthereos quātus vigor excitat artus:
Flet tñ: & teneras lachrymis humectat obortis
Malas fusus humi: vix ah vix editus infans
Occipit humanæ sentire incommoda sortis.
Contectum mox panniculis scænoq; iacentem
Brutorum in medio supplex veneratur Ioseph:
Succiduq; genu natum pia mater adorat:
Gnara dei prolem coelo peperisse secundo.
Quinetiā agnoscūt animalia bruta magistrum
Vagitus licet humanos mollesq; querelas
Fundētem: & tenero gemitu infantile sonantē.

SOTER.

Adde q̄ insolitis noctem clarescere flammis
 Ignara obtupuit rerum natura quid esset.
 Nam neq; fraterno poterat Latonia curru
 Tale haurire iubar; nec erat iam tempus eoo
 Lucem exire freto: sed nascebatur opacum
 Qui chaos: & noctis suffuruida iura fugaret
 Phoebus: & immensas compleret lumine terras.
 Illum etiam tardi natum visere bubulci
 Visit & Vpilio dimissis feruidus agnis:
 Rusticaq; aeterno tulerunt munuscula regi:
 Auritum leporemq; indetonfamq; bidentem
 Anniculūq; suem & parua cū dorcade caprum.
 Quin & ab eoīs multis cū milibus oris
 Sceptri ferī venere magi Regumq; parenti
 Donauere pia fusi tria fercula dextra.
 Arrabiam stacten aurūq; & thura sabæa.
 Sed monitu diuū contempto Herode profecti
 Diuerso patrias petierunt tramite sedes.
 Ast illum stimulat rabies & mascula bilis
 Præcipit: suadetq; neci dare bimula matrum
 c iiii

Io. Salmonii Macrinii.

Pignora adhuc primæ limē tangentia vitæ.
Felices animas cœliq; ad limen ituras
Quis cecidisse datū: & sacrū fudisse cruorem:
Præmia vos q̄ clara manent: nō hosticus ensis
Non nocuit vobis illa laudati ira tyrāni.
Nam fato meliore polos: & summa tenetis
Atria stelligeri fuso pro sanguine regni.
Iam Christo instabat consul trigessimus, annem
Dilectum petit & gemini vada cerula fontis.
Hic consanguinei præcursorisq; prophete
Dimadet obsequio: vitreisq; aspergitur vndis
Primus: & augusti sanctissima iura lauacri
Instituit. legit inde viros agrestia corda
Bissenos: quos per varias post funera gentes
Mitteret & verū numē vulgare iuberet:
Tum per idumæas illis comitātibus oras
Ambulat extollens virtutem & turpia dānans
Flagitia: auditum surdi: mutiq; loquelā
Aeger opē recipit: claudus quoq; lumie cassum
Suscitat & stygii recipit de carceris antro,

SOTER

Illius ad vocē venti posuere furentes:
 Stat Nereus: instarq; soli sustentat eūtem.
 Inuidere tamen solymi infontesq; ligarunt
 Fune manus: duris lacerarunt terga flagellis:
 Foedarunt sputo faciēq; beataq; menta:
 Et bifidā multo traxerunt vulnere barbā:
 Et tenera hirsutis presserūt sentibus ora.
 Deniq; si totas mihi turba heliconia vires
 Suggestat: & numeros grineus dicet Apollo:
 Pectora concusso ferias Bacche enthea thyrsos:
 Atq; mea Aonii certatim guttura fontes
 Et doctas libethros aquas & Cyrrha refundat:
 Et cedat nostris Colophon & Mātua musis:
 Non tamē eualeā versu cōprendere poenas
 Chrīste immensē tuas recutiteq; impia gentis
 Opprobria & cœcos rabido liuore tumultus,
 Insano procerū deuictus murmure præses
 Poscit aquam modica ratus euanescere lympba
 Quod non oceanī fluctus non athere ab alto
 Quicūq; in terras delabitur eluat imber.

Io. Salmonii Macrini

Erigitur summo cliuosi in vertice montis
Crux procera: manus cuneo terebratur ahenos:
Luxatiq; pedes: ferro latus haurit acuto
Miles: & immistus niueæ cruor exilit vnde.
Dependent gemini dextra læuq; latrones.
Respice iam Caïpha confidentissime vatum:
Respice in aerio corpus modo pensile truncos:
Vnū pro cunctis datur en caput: & tua veros
Euentus dilucide habent prælagia: q̄q̄
Illa animo constat tete cecinisse maligno.
Scilicet induerit speciem serpentis: amœnum
Intrarit nemus: incautāq; sefellerit Aeuam
Blanditiis demon: vetitos Adame sinistro
Manderis auspicio fructus: sobolēq; grauaris.
Iam ne vides tantē q̄ magna redēptio cladis:
Almaq; q̄ durā perpeffa sit hostia mortem:
Illo nil potuit perfolui sanguine maius.
Indigno expositum nostro pro crimine fato
Traductum populi Christum spectate parentē.
Tendentēq; manus atq; oscula blanda parantē.

SOTER.

Immensam modo sæuitiam:durosq; labores
 Illius amplexi: vitam ducatis ab omni
 Seiunctam vicio:sanctę & virtutis amantem.
 Tertia surgebat croceis Aurora capillis
 Ostro rubra magis:flauo rutilantior auro:
 Splendidior solito:tumulis leo victor ab imis
 Prodiit:ostentans firmatę signa salutis.
 Prima bibis virgo rediuiui gaudia nati:
 Atq; expectatum multa prece numen adoras.
 Hinc fidi comites reducę excepere magistrũ.
 Præagos vatum monitus & fata docentem.
 Postremo patrias victor regressus ad arces
 Aetheris immensi:dextra modo sede quiescit:
 Venturus tandem, populos vt iudicet omneis.

Finis.

Io. Salmonii Macrini Hymnus
Eiusdem Salmonii Macrini Hymnus
De Virginis Mariæ Conceptione.

Equis ab hirsuta spinosi fronde rubeti
Credat odoratā profluissē rosam:
Nō spinā cōmēdat odor: dos nulla co-

Et nunq̃ tactu non nocuisse solet. Cloris:

Hinc tamē & florū: & summū decus exit odorū

Tum candore placens: tumq̃ rubore rosa.

Quippe ebur & geticas si vicerit ista pruinas:

Illa erit ardenti murice rubra magis.

Natales sic virgo tuos natura retexit:

Et magnū exiguo flore notauit opus.

Hoc est spina rosam q̃ protulit hirta decoram:

Q̃tulit humanū te pia virgo genus.

Nam cū spiniferū, morosum, inamabile, durūq̃

Et septum variis vndiq̃ tristitiis:

Te tamē ingenuo pulchram candore: notatam

Nulla flagitii colluuiōe dedit.

Nec certe huic operi non affuit aureis æther:

Quī tibi tam raras contulit vnus opes.

De conceptu Virgínis, & Victória Régis.
Priuo iure tibi: generis nam cætera turba
Non fuit a tanta libera facta nota,
Sed decuit matri conferre ea munera natum:
Quis fecisse neget qđ decuisse palam est:
Ergo igitur valeant si quos fouet impius error
Aut nulla tactam te lue virgo canant.

Finis.

Ad virginem hymnus de victória Francisci
primi Galliarum Régis inuictissimi.

 Nego casta tuo succedens Nympha
facello

Sydereos sternor cernu⁹ antepedes
En tibi promissa persoluens vota Camœna
Pieris celebros mystica sacra modis.
Nulla super flammis iuncta omenta liquescunt:
Nec calidos tingit vacca phallica focos.
Sed tibi Romanos referens lyra gallica versus
Optati grates reddita compos agit.

Io. Salmonii Macrini.

Edomuit siquidem latius Franciscus in aruis

Castra diu nostris insidiata viris,

Et quos ferre iugum gens nulla coegerat unquam

Vna deleuit gallica strage manus.

Hæc noua laurigeris victoria digna poetis

Moxonio necnon iure canenda pedes:

Sit precor illa dies qua pectine fretus eburno

Heroa mediter tanta trophea lyra,

Iam videor regem & tentoria franca videre:

Oraque magnorum puluerulenta ductum.

Regemque hostili foedatum sanguine: raptam

In Dionysiacis figere signa tholis.

Quando magis grates tibi soluere virgo licebat

Quæcumque letitiæ Gallia tota vacat:

Quæcumque crebra madent veteri convivium bacchos:

Et rubet instrata persica mensa rosa:

Quæcumque spissa coit truius vicinia: cumque

Fundit ad accensos iubila festa rogos:

Hanc merito elegi Regina Syonias horam

Qua possem læta sacra parare manu.